



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus LIV. De Dominica II. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

# TITULUS LIV.

## De Dominica II. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**S**I NOVEMBER ob ingruentem citius Adventum habet tantum quatuor Dominicas, tunc DOMINICA II. Novembris cum sua Hebdomade anno illò omittitur, & loco ejus ponitur DOMINICA III. Novembris cum suo Officio ac Hebdomade, ut infra. Si autem Novem- ber habet V. Dominicas, tunc in Of- ficio DOMINICÆ II. Novembr: in I. & II. Noct: leguntur Lectiones, ut ibi notantur in Propr: de Temp. In III. autem Noct: dicuntur de Homil: il- lius Dominicæ post Pentec: quæ suo numero ac Ordine hõc anno occur- rit in hac Dominica Mensis: ex qua etiam sumuntur Antiphonæ ad *Bene- dictum*, & ad *Magnificas*, unà cum pro-

pria Dominicæ illi *Oratione*, ut no- tantur P. 2. Propr: de Temp. Re- sponsoria, ac cætera omnia tam quoad *Officium*, quam quoad *Missam* dicuntur ac fiunt, uti Dominica præ- ced: *Col. Vir: nisi currat aliqua Oc- tava.*

Infra Hebd: II. Novembr: di- cuntur Lectiones de Scriptura occur- rente. Responsoria verò ferialia, ac cætera omnia dicuntur & fiunt, uti infra Hebdomadam I. Novembr: *Col. Vir.*

SABBATÒ ante Dominicam III. Novembr: Antiphona ad *Magnificas* pro seq: Dominica est: *Muro tuo &c.* *Col: Vir: si cras fiat de ea, nec cur- rat aliqua Octava.*

# TITULUS LV.

## De Dominica III. Novembr: & Ferijs eam Subsequentibus.

**D**OMINICA III. Novembris (si fiat de ea) ponitur in I. Noct: OFFICII, *Officij Initium Libri Danielis*, legiturque de eo usque ad seq: Dominicam. Quod si hodie occur- rat Festum duplex proprias ni l.

Noct: habens Lectiones, tunc In- tium dicti Libri Danielis ponitur proxima die (seu feriali, seu festiva- li) ejusmodi Festò, aut Officiò non impedità. In II. Noct: hodiernæ Dominicæ dicuntur Lectiones, prout